

IOANNES ANDREAS PROCHNICKI DE PROCHNIK,
DEI ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA ARCHIEPISCOPVS LEOPOLIENSIS,

Abbatia Sיעיעחויניע perpetuus Commendatarius. VNIVERSIS & singulis quorum interest, aut in futurum quomodolibet interesse poterit, præsertim verò Reuerendissimis Dominis Abbatibus Sיעיעחויניע: Successoribus nostris, ad notitiam deducimus. Quia nos visis & lectis literis pargamencis prouisionis Patrum & Fratrum Ordinis Sancti Benedicti Monasterij nostri Sיעיעחויניע, per Reuerendissimum olim Dominum Iosephum Werescinski, Abbatem & prædecessorem nostrum Sיעיעחויניע: eisdem Patribus & Fratribus pro tempore existentibus, pro victu & amictu illorum comparando, concessis: reuisisque bonis villarum in eodem Priuilegio specificatarum, tum & earum prouentibus & commoditatibus omnibus, attendentesq; bona certa, Villas videlicet Szawłowicze, Nagornik, & Kempice, per crebram Vistulæ inundationem in nihilum redactas, & ferè annihilatas esse: ita vt præfati Religiosi Patres & Fratres (quorum numerus ultra præscripta Priuilegij augetur) victum & amictum sufficientem minime habere possint; statumus in animo nostro, quatenus præfati Religiosi Patres & Fratres, pacifice, citra vllam querimoniam & murmurationem votiuz professioni suæ incumbant, deque melioratione prouisionis suæ gaudere possint: libera ex voluntate nostra, ac serio consilio, maturaque deliberatione præhabita: accedente insuper consensu Serenissimi Domini SIGISMVNDI III. Regis Poloniæ supplicatione nostra, in & super meliorationem Prouisionis præfata, interposita, villam nostram Borowiec dictam, ad mensam Abbatialem pertinentem, in vim meliorationis, præsentibus literis nostris, resignandam esse duximus; præsentibus cum omnibus & singulis villæ præfatae Borowiec prouentibus & vtilitatibus, agris, pratis, campis, syluis, nemoribus, molendino, & piscina eidem molendino adiacente: nec non & cum subditis omnibus, eorumque pensionibus, laboribus, datijs, vtilitatibusque omnibus, nihil penitus excipiendo, nec pro se & successoribus suis reseruando, sed ita latè, longè, circumferentialiterque præsentibus in longum & latum præfata bona villæ Borowiec ex antiquo extendunt: titulo perpetuò & irreuocabili resignatione, damus, donamus, melioramus, & resignamus temporibus perpetuis. In cuius rei fidem præsentibus manu nostra subscriptas, sigillo nostro communiri curauimus. Actum & datum in Monasterio nostro Sיעיעחויניע. Die 1. Octobris. Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Septimo. Præsentibus, Reuerendis, Generosis, ac Nobilibus, Mathæo Kozłowski Præposito Dunauiouier, Iulio Capellano Parocho Sokolicki, Andrea Kochanowski Vicecapitaneo Castrensi Stezicensi, Ioanne Puczniewski, Stephano Lubikowski, Martino Mogilnicki, Alberto Sadkowski, Ioanne Kalinowski, Galparo Wołoski, nostris, alijsque quàm plerumque in his circa præmissa existentibus.

*Ioannes Andreas Prochnicki
Archiepiscopus Leopoliensis. Abb. Sיעיעחויניע.*



Borowiec

*Relatio Provisionum
in Comitatu*

90



RKP 422.6/8

*Donato Willo Chrouer
cum Melendino
1627.
Die 7. Octobris.*

Vja in d'inthatura